# Helvetiæ deſcriptio cum·IIII·Helvetiorum Pagis ac XIII·Vrbium Panegyrico ad· MAX·ÆMILIANVM·IPRATORE.

Per Henrichum Loritum
Glareanum Patritium
Claronenſem ac P·L·

Pierides nymphæ, Bœotia numina, Muſæ
Fundite Pegaſeum per inertia membra liquorē·
Enge chelym Vatis, dulceiſq; agitate camœnas
Helvetia eſt cantanda mihi, gens inclyta bello
Gens aquilam, gens terribiles imitata leones
Cauſam ortus noſtri, quis ſit quoq; fœderis author
Tantiq; imperij cur malum fronte puſilli
Inuiſum certa figis Guilielme ſagitta:
Quod ſtudium, quæ ſit populi naſcentis origo
Non noſtris puto carminibꝰ celebranda, nepotū
Officium id, maneat noſtros ea cura minores,
Illius auſpicia, & famę immortalis honores
Quiſue typus patriæ, quæ forma, quibuſue remeſa
Limitibꝰ, gracili cordi eſt mihi ludere verſu,
Principio antiquos ſolis contingit ad ortum
Vindelegos, & pugnacis fere caſtra Briganti.
Tum Ceretos populos, ſpatioq; remota parūper.
At Lepontinis Æthuatica yuva colonis
Trans Rhenum molleis ubi Rhætꝰ paſtinat uuas
Bellipotens, etiamſi Suanica non regit arma
Suanica, noſtro æuuo Hercinijs habitata ſuſcenis
Hic primos fonteis, hic dat duo cornua Rhenꝰ
Monte Diaduella, longéq; effuſꝰ in amneis
Acronium & Venetum, Romana ac barbara regna
In Boream curſans, curſu crepitante diremit

VRIA · BVI · 1315 · IIII ·

Vria poſt ingens Tauriſca gente creata
Progenies Gallorum antiqua, per ultima belli
Fortunæq; pericula in has compulſa latebras
Delituit multis annis, ignobile feſſa
Otium agens, donec claris Habſpurgius Heros
Ductor in Heluetijs multa uirtute Rodolphus
Surgeret Auſonij præceſſa in culmina regni
Ad ueteres redijt mores, ſunt robora priſca
Atq; eadem uirtus, eadem eſt audatia membris
Nemo illa maior bello, nemo acrior armis
Hæc noſtri fons imperij, quæ prima tyrannos
Corripere eſt auſa, & uolitanti plectere ferro.

Vria.) Vria nec urbs nec pagus, oppidum, ſed communitas eſt pagorum, inter quos primus pagus Vetus appellatur ita pollet ædificijs, atq; plateis lapide ſtratis ut ab oppido nihil differat niſi quod careat mœnibus. Nomen habet ab Vro boue Syluestri cuius caput Taurisci (a quibus illi ortum [illegible]) geſſerunt in armis, interiacet montibus, ut non poſſit adiri, uel certe difficulter, niſi aut nauigio, aut per montem Gotthardi, periculoſiſſimum, Viros habet prudentes, acres, & uitæ contemptores animo ubi pro iuſtitia dimicandum eſt.

Habſpurgius.) Nobiliſſ: familiæ ab Habſpurg XIIII. comites fuere uſq; ad Rudolphum hunc qui Rom: Rex poſtea electus fuit qui illexit in amicitiam Vrios Suicos mortuo autem eo præfecti eius nimium ſæuiui erga ſubditos, tandem ſunt expulſi, imperiumq; cum vita amiſere.

# SVICIA · Schwytz · 1315 · V ·

Suicia bellipotens in magnis inclyta rebus
Et bello & pace immenſos perpeſsa labores
Semꝑ in Alpinis toto æuo exercita luſtris
Figit apros certatq; urſis curſuq; uolanti
Præuertit damas, cogitq; in retia ceruos
Ocia nulla ſciunt juuenes, nulla otia adulti
Scandere in monteis, & duo uincere cæſtu
Ocia quis dicat, ſtudium hoc ô Gotthica nobis
Terra dabas, quando jtalicis ſe ſuſtulit oris
Horrendaſq; tulit dux Byzantius in Alpeis
Poſt quoq; difficileis omnino exoſa tyrannos
Arma ſecuta modis Vri Guilielmia miris

Suicia.) Suitia ſequitur, unde omnes confœderati nomen apud uulgos hodie commune tenent Suitenſes uel Suiceri. Pagorum eſt congeneris, ſicuti Vria, interclusa montibus longe tamen quam Vria ſitu amœnioris faciliorisq; aditus. Ducunt autem Suitenſes nomen (ut uulgi opinio eſt) à Suedis, in extrema Europa uersus ſeptentrionem ſitis, uel, ut aliis eſt appellatio à Suiterno quodam populi Duce, quod quidem picturæ iam diu apud Suicos antiquiſsimæ indicant, ueterum libri. Mirum autem in modum pulchra corpora progignit. Vt Mantuanus de Heluetijs.

Hoc Mantuanus in exhortatione ad principes christianos contra Turcam ſcribit.

Gens fera, contemptrix animæ, glaciata per Alpes
Figere apros, certare Vrſis, niue candida ſemper
Per iuga uelaces curſu peruertere ceruos
Heluetij tibi dura acuunt uenabula & enſes,

# CLARONA · Glaris 1352 · VIII ·

Tu quoq; Limagiana graui gens inclyta bello
Et libertatis vindex temeraria Rheni
Bella terris gladio, dirosq; explosa tyrannos
Culmineq; eductas in sydera, diruis arceis
Plurima maiorum tibi sunt exempla virorũ
Aspice dissecto Vesenia pergama muro
Quid patres potuere tui, te æquare labores
Maiorum pulchrum est, ꝑemptasq; ulciscier umbras
Sunt tibi in æthereo duo nomina maxima cælo
Inclytꝰ effugiens noctem Fridolinꝰ opacam
Hillarion Gallus, Pictonũ gloria gentis
Sæpe vocanda tibi, sæpe in tua vota vocanda

Tu quoq;) Clarona pagus totam ditionem denominat, inter montana iacet altissima, ingenia felicissima profert, quod quidem author noster Glareanus facile comprobat aliiq; complurimi & præsertim D. Ægidius Tschudi qui Helvetiam doctissime conscripsit. Et de Limagiana, à Limago fluvio q apud vos oritur. Obiter etiam hic notandum, poetam nostrum & autorem Claronensem dici à patria Clarona, & Glareanum à familia, atq; à paterna domo, quæ dicta fuit à Glarea, zu teutsch am Steinacker, ideo nomen suum ita scribit Henricus, Loriti, Glareanus, vom Steinacker patritius Claronensis.

Hilarion.) Præclarus hic fuit theologus et Eps pictaviensis de quo lege Hieronymum in catalogo illustrium virorum. Poeta hic primam Epenthesi produxit τοῦ λ. Et in on magis quam in us, qui in Gallis sequebatur rade terminatio us.

Magnanimus Cæſar, belli inuiolabile fulmen,
Totius orbis apex, hominumq; ſuprema poteſtas
A Chriſto poſitꝰ, cui longo ſeruiet æuo
Sol oriens, ſolq; occiduꝰ, polꝰ Auſter & arctos
Hos ſequere authores, rerum dominosq; patresq;
Totius orbis apex, hominumq; ſuprema poteſtas
A Chriſto poſitꝰ, cui longo ſeruiet æuo
Sol oriens, ſolq; occiduꝰ, polꝰ Auſter, & arctos
Hos ſequere authores rerum dominosq; patresq;

Papa tibi.) Papa vocabulum [illegible] poeticum, uerum qa
Pontifex creticum facit, q pes heroico uerſui non
congruit quod proximum fuit, & Chriſtianis
uſitatiſsimum arriſuit, ſumpta eſt comparatio
ex capitulo ſolitæ benignitatis, uerſiculo ꝑterea
not: de Maiorit: & obedient: Comparatio nō
omnibꝰ, præſertim hac ætate, placens, quod uita
pontificum huic dignitati nō omnino reſpondeat.
Poeta autem non putat ſe eſſe pontificum iu
dicem, ſed Chriſtum, qui hanc dignitatem dederit
Petro & eiꝰ ſucceſſoribꝰ. Pontifex redditurꝰ rationē
ſuæ uillicationis. ſed dicit ſe hoc ſcribere de pontifici
bꝰ quales eē debeant, nō quales ſunt uel fuerint
quidam ex eis.

~~Omnium felix~~ Oia ad exēpla majorū pende tuorum
Omnia perſpicienda tibi, tu diſcito Romæ
Creſcentis mores, tetricos imitare Catones
Æneadasq; duces, Decios, fidosq; Camillos
Fabritium, Curium & contracto poplite Coclem.
Innumerosq; alios, quos commemorare moleſtum
Brutꝰ erat nobis, Vro Guilelmꝰ in æuo
Aſſertor patriæ, uindexq;, ultorq; tyrannum
Sic rogo Scipiadæ ſint nunc, fideiq; ſtipendæ
Attilꝰ, ſit qui pacem Pyrrho eſſe negandam.

Appius admoneat: tu regna Æneia fixo
Contemplare animo, nec gesta illa inclyta temne
Quin propius sequere & vestigia semper adora.

·Helvetiæ Descriptionis finis.

IOANNI CÆSARIO IVLIACENSI PHYSICO Mathematico, & Medicinæ doctori, Græcæ Latineq́ linguæ apprime docto, Henrichus Loritus Glareanus Helvetius Poeta Laureatus S.D.P.

Gaudere plurimum soleo, suavissime præceptor, quoties in mentem venit (venit autem sæpe) tui memoria: cumq́ à te, à te inquam homine doctissimo, Græcarum literarum elementa cupidissime didicisse recordor, incredibile est, quantu triumphem, quantu læter. Vt autem aliquam tibi gratiam, quemadmodu grato discipulo congruum erat, rependerem, volui tibi meu de Cæsaris Max: Æmiliani laude, carmen, quod Agrippinæ in conspectu principum Germaniæ coramq́ Cæsarea Maiestate non sine gloria (absit verbo invidia) multorumq́ hominum admiratione ante biennium ad Doriu tonum demodulatus sum, dedicare. Confiteor tamen ingenuê me longè vinci à tali principe, cuius ego ne umbram quidem consectari valeo scribendo, sed quæ potui feci; quid n. ultra, quam possem facerem. Vale felix, bonorum studiorum decus.

Basileæ Anno dni M·D·XIIII.